

sancti

F. Lucide juraverunt, et firmaverunt.))

Eodem anno mense Januarii, Christianus
archiepiscopus Moguntinus, le-
gatus imperatoris Frederici, in Itali-
am de Alimantia venit, et rogatu
Januensium, et Lucensium, Januam,
et Lucam venit. Postea ^{tertio} 2. Novas Februarii
venit Pisas, ubi magnifice receptus
ad burgum ^{sancti} F. Geruasii perrexit. Et
convocatis ibi Januensium, Florenti-
norum, Pisanorum, et Lucensium
consulibus, petiit ab eis, ut totam,
quam inter se habebant, discordiam
ei precise committerent, et captivos
quos habebant ei darent. Quod Lucen-
ses, et Januenses illico accepta-
runt, et in eum totaliter compromi-
serunt et juraverunt. Pisani vero de
captivis non dandis consilium ha-
buerunt. Et ideo in generali curia
ipse Christianus exbannivit Pisa-
nos, et diffidavit, et eos privile-
giis privavit, tam de moneta quam
de insula Sardinie. Pisani quip-
pe bene dedissent captivos, sed
ipsos absque pace nullatenus da-
re voluerunt; sed procuraverunt
interim, quod homines, et commune

Christ. D.

et Moguntinus V. Moguntinus I.

et Frederici V. P. Frederici D.

Memoravit D.

et Ceruasi perexit I.

acceptaverunt D.

et exbannivit V.

diffidavit I.

Sardinie D. mem.

procuraverunt D.

interim V.